

Urso di Marsico

XXIV 35

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Urso di Marsico

XXIV 35

1137-12

In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno incarnationis eiusdem millesimo centesimo tricesimo septimo, mense decembri, indictione quintadecima.

Ego Urso greco filius Nicola qui sum in civitate Marsici clarefacio quoniam presentia nobiliorum hominum subscriptorum testium voluntarie, per hanc cartulam venditionis vendidi ac per fustem tradidi ad domno Ubo clerico et monacho, qui est custos ecclesie Beati Petri apostoli de Tramutula Tramutula, recipiente cum eo abbas Roggerius milite filius Bito iudici, cunctum quantum et tum xx habui ad predicta Tramutula da Maraldus filius Dalfio de terris et de nucibus et de castaneis et de omnibus hoc est de quantum pertinuit ad predictum Maraldo inclita medietas predictae Tramutule, ut habeat predicta sancta hecclesia et domno Ubo et suos posteriores ipsam predictam medietatem cum omnia inter se habendum et possidendum sine contrarietate mea meorumque heredum omni futuro tempore, et pro confirmanda hanc meam venditionem recepi a domno Ubo predicto milia quinque de bonis ramesinos. Insuper guadium ei dedi, recipiente cum eo predicto abbate suo et mediatores ei posui Petronus filius Maio presbiteri et Roggerius filius Rao ut iam nec ego nec mei heredes ad predictam hecclesiam et ad domno Ubo vel ad suos posteriores super eos exinde veniamus, et si aliquis homo super eos exinde venerit ego et mei heredes defendamus illas eis ab omni persona quam et a pars morgincaph mee uxoris. Et si hec omnia superius dicta disrumpere aut retroare quesierimus aut defensare noluerimus aut non potuerimus ut prelegitur vel per Co...sati... cum eis exinde venerimus per quolibet ingenium, obligo me et meos heredes dare eis vel ad eius posteriores solidos

viginti aurei pro predicta hecclesia et in puplico similiter et perinvisis taceamus districtos ipsos mediatores qui licentiam tribuerunt pingnerandi se et illorum heredes per omnia pingnera illorum legitima et inlegitima sine calo et appello donec quod prelegitur inviti impleamus.

Et hunc brebe venditionis scripsit Raynaldus notarius qui interfuisse se confitetur mense et in omnibus prelatis. # Ego Riccardus iudex # Ego Ildemannus notarius